DE

RHEUMATISMI ACUTI PATHOLOGIA.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE V. MENS. JULII ANNI MDCCCXXXIX.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

FRIDERICUS AHRENS,

RHENO-BORUSSUS.

OPPONENTIBUS:

G. ARZT, MED. ET CHIR. DR.
C. SCHORN, JUR. ET CAMERL. STUD.
W. HENGSTENBERG, MED. ET CHIR. D. D.

BEROLINI,

TYPIS HACHTMANNIANIS.

VIRO

AMPLISSIMO, AESTIMATISSIMO

FRIDERICO HOETTE

OB MAXIMAM ERGA ME BENEVOLENTIAM

NEC NON

VIRO

EXPERIENTISSIMO, DOCTISSIMO

CAROLO KUEDERLING

EDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI, MEDICO SUPERIORI IN
EXERCITIBUS REGIIS EMERITO,

FAUTORI DILECTISSIMO

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTO

Rheumatismus, orrhymenitis peripherica, fluxio, vernacula
ngua, Gliederreissen, Fluss, Flusskrankheit, ille est morbus, qui
ognoscitur ex doloribus terebrantibus, urentibus et pungenti-
us; interdum eas partes, quae doloribus gravioribus subiectae
unt, tumefactas invenimus, raro tamen uno in loco dolores
ongregati sunt, tum vero universa cum irritatione et statu
brili, qui illa perturbatione oritur, conjuncti sunt, quum in-
ammatoria irritatione et serosae et fibrosae membranae sint
ffectae.

Nosographia.

Inter symptomata, quae in rheumatismo acuto nobis occur-
int, praecipuum est dolor, qui aut solus aut aliis organismi
onjunctus perturbationibus apparet. In levioribus morbi gra-
ibus prurientem, urentem, trahentem, non in uno loco hae-
entem, in gravioribus casibus pungentem, stringentem, secan-
m, magisque unum locum servantem sentimus dolorem, haud
iter ac si per acumen alicujus corporis fluidum electricum
fluatur, vel per digitum scintillam eliciamus.

Non raro observamus illos dolores incertis temporis spatiis
igeri, et dum corporis tranquillitate, aequabiliter diffusa tem-
erie minuantur, pressu, motu aliisque causis magnopere auge-
itur, tantumque in gradum provehi, ut summas molestias
egroto inferant. Sedes autem hujus doloris diversa est, prae-

cipue quidem invenitur in apparatu musculorum mot
tendinum, ligamentorum et telae cellulosae. Quae s
non eadem vi rheumatismus invadit; si J. L. Schoen
quimur, eodem modo crebrior est, quo hae partes maj
guinis copia sunt impletae. At non solum musculi vo
sed ii etiam, qui non sponte sua moventur, ut tunica
laris et cordis et intestini, et vesicae urinariae et uteri
jecti sunt. Praeter dolorem invenimus digestionem,
nis circulationem et secretiones turbatas. Plerumque
muco albido, interdum flavo, bilioso obtecta est; simul
ventriculi musculari affecta, vomitu quoque aegroti affi
et vehementiore siti et anorrexia laborant. Sanguinis
tus saepius laesus, febris adest, cutis calida, sudore
pulsus plenus, magnus atque mollis. Plerumque febr
cerbationes graviores efficit, per longius tempus, quan
durat et facillime ad typum intermittentem se converti
guis saepius tantopere mutatus est, ut, venaesectione
crustae inflammatoriae adspectum praebeat. Respirati
gana integra remanent, interdum praeter rheumatismi
cationem et apertam organi affectionem, tussim atque
oppressionem, quamvis graviora incommoda non se
sentimus. Cutis functio magnopere aucta et transpiratio
est, aegrotus sudore vadit, qui exstinguitur odore atqu
acido et natura viscida, quamquam levamentum aegrot
modo affert; minime illi loci sudore obtecti inveniunt
praeter omnes morbo correpti sunt. Quo est vehe
atque copiosior hic sudor, eo crebrius est exanthema
miliariae et eccematis formam sequitur, et sudoro subl
sponte recedit. Non semper autem hic sudor per totu
decursum perseverat, sed intermittitur mordaci calore
siccitate. Urina etiam est symptoma summi momenti,
enim rubrum, inflammatorium, imo fuscum ducit, acid
abundans acido urico, et purpureum et lateritium sedi
relinquit. De decursus denique tempore rheumatism
certi addi potest, quum et paucis diebus cyclum suum
rat et per multos menses se extendat atque facillime
chronicam accipiat.

Morbus, quem in universo depingere conatus sum
praebet formas, quum aut exoriatur sine febri, aut

ppareat, aut ad inflammationem tendat eaque speciem illam, uam nomine inflammationis rheumaticae novimus, ostendat. lii autores aliam divisionem secuti sunt, quum describant,) rheumatismum partium externarum acutum, et quidem) rheumatismum febrilem simplicem, *b*) rheumatismum inlammatorium, hypersthenicum, febrim rheumaticam, synocham heumaticam, *c*) rheumatismum biliosum, gastricum, *d*) rheuatismum nervosum, febrim rheumaticam nervosam, *e*) rheuatismum patridum, febrim rheumaticam patridam, *f*) rheuatismum apyreticum, non febrilem recentem. — 2) rheumaismum partium internarum acutum, et quidem, *a*) rheumaismum cordis, *b*) rheumatismum diaphragmatis, *c*) rheumaismum uteri, *d*) rheumatismum vesicae urinariae. Quae diisio, quum repetitionem secum ducat, atque morbos, quorum atura eadem, diversos constituat, valde est vituperanda, qua e re priorem illam distributionem praeferam, praecipue hanc b causam curae morbi instituendae magis sit accommodata.

1. *Rheumatismus apyreticus, rheumatismus non febrilis recens.*

Haec rheumatismi species, levi refrigerio, praecipue spiculo corpus tangente orta, doloribus musculorum externoim minus vehementibus se manifestat. Sedem quidem habet epissime in faciei, colli et extremitatum musculis, interdum iam in aliquo abdominis loco. Cujus rheumatismi symptoata externa, rubor, tumor, calor, saepe sunt minus perspia, nec raro prorsus desunt, ita ut solum sensibilitate adicta, partisque frigore malum intelligatur. Dolores sunt tillantes, ardentes, trahentes, non unum locum servantes, atie saepius intermittuntur, minuuntur tranquillitate corporis sicca temperie, augentur vero pressu et motu. Praeterea liqua symptomata, supra jam notata, hic quoque inveniunr, minus tamen vehementia. Favente vitae conditione, bona ira adhibita, hoc rheumatismi genus brevi tempore tolli post, quamvis libenter recidat decursumque sibi assumat chrocum.

2) *Febris rheumatica, febris rheumatodes, rh topyra, rheumatismus calidus, inflammatorius, rhumatismale, rhumatoide, Flussfieber.*

Hac in rheumatismi specie, quam, ne cum inflam rheumatica, de qua infra dicendum erit, confundas, be veas, omnia symptomata supra jam exposita, plane animadvertimus, sed febris majoris est dignitatis, etsi stiae illae, de quibus jam prius sermo fuit, morbo durante accedunt, febrilia tamen symptomata inde ab sese ostendunt et per totum morbi decursum prae cete lent. Primum quidem aegrotus levi et mobili horripil lassitudine, dedolatione et musculorum doloribus trahe mox remittentibus, mox redeuntibus laborat, sequuntur frequenti et irritato, aestus universus, carebaria, sitis mens. Febri crescente vehementibus, trahentibus, ure pungentibus externarum partium doloribus aegrotus af est, qui aut certum locum servant (rheumatismus fixus sedem cum sede mutant (rheumatismus vagus, fluxio), pl que cervicis, dorsi, humeri et genu partes invadunt. A S. G. Vogel, *) homines natu minores magis superi corporis partibus, aetate magis provecti inferioribus pa laborant. Qui dolores saepius tantam vim assequuntur, groti ne minimum quidem tactum ferre possint, omnisqu tium motus impeditus sit, quamvis autore ab Hildenb urgeat continuus ad motum tenesmus; accidit, ut in hac matismi specie dolores magis augeantur motu muscul quam pressu. Eas partes, quas continuo tenet dolor, raro, serosis humoribus accedentibus, tumefactas cute rubore superficiali splendenti affectam invenimus. Resp vero, si pectoris organa, aliis morbis advenientibus, no bata sint, integra permanet; lingua plerumque pura atqu mida, interdum morbo progrediente tormina ventris obs mus, quae levis sequitur diarrhoea. Sudor ut semper in

*) S. G. Vogel, Handbuch d. prakt. Arzneiwissenschaft, II., pag. 129.

natismo et acuto et chronico auctus, nec tamen tam est pro-
usus et viscidus, qualem secum ducunt reliquae rheumatsmi
pecies. Is quum in reliquis generibus aegrotum cruciet, om-
esque vires exhauriat, in febri rheumatica magis criticam na-
uram servat, praesertim quum copiose profluens haud exi-
uum levamentum aegroto afferat. Quod ad urinam nihil
iterest inter signa, jam supra notata. Horis vespertinis ex-
cerbationem febris et omnium symptomatum, matutinis vero
orum omnium remissionem videmus. Omnes acutas rheuma-
cas affectiones, praecipue febrim rheumaticam, ad metasche-
natismum inclinare animadvertimus; jam uno in loco dolores
xos putas, aliquo casu accedente metaschematismus in aliam
nembranam seroso-fibrosam efficitur, inter quas praecipue no-
indae sunt, meningea, pleura, pericardium et peritonaeum,
uae, si una patiuntur, non raro in vitae periculum ducunt
egrotum.

. *Inflammatio rheumatica, rheumatismus inflamma-orius articulorum, arthrorheumatismus, rheumatismus acutus sensu strictiori.*

Dum in acuti rheumatismi specie, quam modo exponere
onatus sum, febris symptomata gravissima, et inde ab initio
norbi corporis humani turbantia, invenimus, hoc in genere
em contrarie se habere observamus. Hic enim affectiones lo-
ales primum invadunt aegrotum, et medici auxilium deside-
ant, quamsi, morbo magis magisque progrediente, totus orga-
ismus simul patiatur, atque hoc modo altera species haud
nultum altera differat. Inflammatio articulorum rheumatica
edem tenet modo in iis membranis, quae pertinent ad articu-
m, modo in iis, quae ei proximae sunt, in cute, ligamentis,
endinibus; et non singulos sed complures simul invadit artus,
aepissime manus, genu, rarius vero humeri, coxae, vertebra-
m et occipitis. Conjuncta est haec articulorum affectio cum
mnibus inflammationis symptomatibus, praecipue cum gravi-
is doloribus pungentibus, qui horis vespertinis exacerbant.
umor magis minusve est extensus, raro durus, plerumque

oedematosus atque mollis, epidermis, quae eum obtegit, ma-gis minusve rubefacta. Articulorum functio semper impedita quam ob causam aegroti unam extremitatis directionem ser-vant, articulationibus vertebrarum simul affectis, ne minimu quidem motus aegroto patet, sequitur tetanus; sin autem articu-lus maxillae inferioris ab rheumatismo affectus est, trismu rheumaticus. Diagnosis autem praebet nullam difficultatem quum aegrotus trismo rheumatico affectus maxillam inferiorem gravissimis quidem doloribus movere possit, in trismo ver-omnis motus prorsus sit sublatus. Quamvis affectiones loca-les gravissimae sint, tamen non eundem locum tenent, sae-piusque subito sublatae alium artum invadunt, quam ob rem morbus acute quidem decurrens non brevi tempore se fran-git. Quos casus reiteratos saepius conspicimus, nec raro in-flammationes, quum complures articulos invaserint, primum affectum iterum iterumque reincidunt. Quae affectio plerum-que cum febri non est conjuncta, in gravioribus gradibus sys-tema vasculosum atque universus organismus simul patiatur necesse est, adest febris aut dynamica aut adynamica. Simul observamus sudorem, viscidum et colliquativum, qui nullum levamentum aegroto affert, imo, quum erumpat, dolorem ei parat, omnesque vires exhaurit; qui quidem sudor coërcetur in partes affectas, ita ut hae quasi madescant, dum cutis reli-qua arida est et calida. Pulsus est frequentior plenus atque mollis, digestio raro turbata, lingua non muco obtecta, sed ru-bra vespertinis quoque saepius sicca et arida. Sic morbus com-pluribus insultibus se excipientibus trium vel quinque hebdo-madum periodum decurrit, denique, quum et crisis febris et inflammationis lysis intrant, prorsus se dissolvit.

Complicationes.

Jam supra notavimus, omnes eas partes, quae constitutae sint membranis fibrosis et musculosis, rheumatismo affici (quod ad hanc, non sunt fibrae musculares, sed fibrosa tunica, quae musculos involvit atque se emergit inter singulos musculi fas-cicolus, cui nomen dat clarissimus Clarus perimysium); nec tamen putandum, illis tandum partibus contineri rheumatis-mum, nam tunica cellusosa aut membranae serosae, quae pro-

ximae sunt partibus ab rheumatismo occupatis, mox eodem malo laborant, sic exempli gratia articulorum rheumatismo capsulam synovialem una correptam invenimus. Rheumatismus in membranas homologicas progrediens aut continuitatis leges sequitur, quod rarius tamen conspicimus, aut saltuatim eas invadit, sicut membranae, quae primum affectas tunicas non contingunt, in idem malum corripiuntur, et affectio aut a centro ad peripheriam procedit, aut oppositam rationem sequitur. Haud raro organa sibi contraria, et pectoris et abdominis, aut musculos, qui plane diversas exhibent functiones alternatim corripit, quales sunt extensores et flexores, musculi intercostales et snperficiales thoracis. Jam aliis quoque affectionibus rheumatismus acutus saepius se conjungit, quarum prima est:

1) Affectio catarrhalis, quae tum praesertim oritur, quum rheumatismus in organa incidit, quae in interiore membranis mucosis obducta snnt, sic, collo rheumatismo affecto, affectiones catarrhales et tracheae et laryngis se ostendunt, ex qua angina rheumatico-catarrhalis se conformat, eodem modo ex affectione tunicae intestini muscularis diarrhoea rheumatica. Rheumatismus cum catarrhalibus affectionibus se conjungere solet in aegrotis aut catarrho pituitoso laborantibus, aut in iis, quibus propter chronicam aegritudinem functiones membranarum et serosarum et mucosarum sibi oppositae, aut diminutae aut prorsus sublatae conspiciuntur. Nonnullae aliae quoque sunt causae, quae, quum vehementes et ubique diffusae sint, illam complicationem efficiant; hic status semper est perdiuturnus, nec raro fit, ut morbi secundarii pertinaces exoriantur.

2) Complicationem gastricam rheumatismo jungi videmus, qui sequitur dysenteriam, et polycholiam male dijudicatam, nec minus, quum in rheumatismi curatione nimia medicamentorum diaphoreticorum copia in usum vocata sit. Si quidem rheumatismus chronicus fit, digestio magis minusve debilitatur.

3. Affectio inflammatoria, cui complicationi est nomen phlogosis rheumaticae impositum. Proprium est, quod incerta sede utitur affectio, subito sedem cum sede mutat, difficile se dissolvit, facile recidit, et crises semper per cutem et renes

efficiuntur. Utrumque morbum, alterum ex altero non ; dentem haud raro se conformare et una existere animadv mus; sin enim incitamentum ab rheumatismo exeunte in tes corporis humani se propagat, quae eo non aptae sunt sedem rheumatismo parent, primum congestio, deinde inf matio exoritur. Tali modo in rheumatismo musculorum a minis, peritonaeo simul affecto, peritonitidem, in capiti pectoris rheumatismo, meninge et pleura affectis, meningiti et pleuritidem intrare animadvertimus. Mali transitus fectione oculi facile intelligitur, nam simulac rheumatisr oculorum musculos invasit, brevi tempore quoque conjunct tis rheumatica sequitur. Inter membranas, quae rheumatis affectae inflammatione corripiuntur, quatuor memoratu dig mihi videntur, meninx, pleura, pericardium, peritonaeum.

a) *Affectio meningis et tunicae arachnoideae inflamm toria, meningitis et arachnoiditis.* Aegroti non rheumati tantum molestiis sed vehementi etiam dolore trahenti aut altero, aut in utroque capitis latere laborant, qui dolor in cranium positus est, quamvis galea quoque aponeurotica mescat, omnemque tactum male ferat. Turbata sunt sensu quoque organa, aurium tinnitus atque susurrus, rarius ocu quoque tenebrae oboriuntur atque fulgur micans, tum pupi est contracta, et oritur vertiginis insultus. Horis vesperti auctae sunt affectiones, nec raro deliriis magis minusve gra bus aegrotus laborat, vel certe propter dolorum vehementi insomnem agit noctem.

b) *Inflammatio pleurae seu pleuritis.* Haec affec saepe in tota, quantum se extendat, pleura sedem tenet, p rumque autem minorem partem invadit, tum hanc tum illa et in regione costarum et mediastini, et pulmonum et diaphr matis. Omnium complicationum inflammatoriarum haec frequ tissima, horrore et sequente ardore incipit, tum dolores ma minusve pungentes, cruciantes, torquentes, urentes mox altero mox in utroque pectoris latere terminantur, mox in teriore thoracis parte (pleuritis anterior) mox in posteri (pleuritis dorsalis) se evlovunt. Hi dolores autem non s fixi, unum locum quidem servantes, tum sursum tum deors tum protinus tum retrorsum se diffundunt, respirationem

ficiliorem reddunt, et inspirationem profundam impediunt. Sternutatione, tussi, motu, cubitu in affecto latere, interdum quoque tactu et manus pressu augentur, simul tussis fortis et sicca, cephalalgia, pulsus frequens, magnus, plenus et fortis, nonnunquam contractus eos comitantur. Si inflammatio pulmonum pleuritidi se conjungat, et pleuroperipneumonia exoriatur, ex utriusque organi functione turbata, sputis, auscultatione ac percusione talis status dignoscitur. Non raro animadvertitur affectionem musculorum et intercostalium et thoracis superficialium inflammatione (pleuritide spuria, externa, musculari) confundi, quod erratum autem mox intelligimus, quum signa auscultatoria desint atque dolores thoracis et utriusque lateris graviori pressu crescant.

c) *Inflammatio pericardii seu pericarditis.* Num pericardium rheumatismo careat, et quantam partem in illo morbo habeat, autores inter se non consentiunt, quum alii hanc complicationem inflammatoriam negent, alii autem eam semper adesse contendant, quibus ulterioribus Bouillaud est adnumerandus; dicit enim „in majore parte rheumatismo articulorum acuto laborantium pericarditis adest"; alio loco affert, endocarditidem tam saepe quam pericarditidem simul cum rheumatismo gigni, nec raro eam profectam esse ex affectione rheumatica. Plurimis casibus inflammationes acutas cordis rheumatismum comitantes ignoratas esse et neglectas, qua ex re illos cordis morbos organicos, a perpaucis tantum autoribus bene cognitos et descriptos, valvularum cordis vitia gravia atque asthma arthriticum plurium scriptorum esse deducenda. Si pericardium in rheumatismo patitur, in latere pectoris sinistro gravitatem et dolores fugaces, pungentes aegroti percipiunt, ut omnino in cordis morbis apnoea neque dyspnoea adest, quum thoracis extensio non sit sublata; accedunt ad hasce molestias, palpitatio et magnus impulsus cordis, strepitus coriaceus neque raro follicularis, percussio vero cor normaliter extensum neque hypertrophicum ostendit. Pulsus cum cordis ictu non consentit, neque tantam magnitudinem et amplitudinem praebet, parvus est, debilis, contractus, neque raro animi deliquium incidit. Eodem tempore dolores cruciantes aut fixi vel periodici aut fugaces in musculos pectoris externos, uti in brachii musculos incidunt, qui gravissima cordis affecti

signa sunt respiciendi neque cum harum partium levibus «
loribus rheumaticis sunt confundendi ac negligendi.

d) Inflammatio peritonaei, peritonitis non est rara, d
musculi abdominis laborant et ab magnis doloribus vexant
difficile dignosci potest; peritonaeo autem a morbo corre
plurimum lamina ejus superficialis, rarius processus et app
dices, ut omentum, mesocolon et mesenterium in inflammat
nem transeunt. Quam vero simplicem et veram inflammatio
peritonaei concludere possumus, si aegrotus de alicujus ab
minis partis persistentibus, profundis, pungentibus et urenti
doloribus queritur, qui tum primum, quum morbus per aliqu
tempus perstiterit, sentiuntur; tactus, omniaque negotia, solu
alvi hos dolores augebunt et majores facient, una pulsus
rior atque magis inflammatorius redditus. In rheumatismo m
culorum abdominis dolores musculorum fibras et musculi ol
qui et recti sequi, hocce in morbo autem profundiorem sed
tenere et omne abdomen occupare animadvertimus, tum
flatum et tumefactum apparet, obstructio alvi, neque raro naus
imo etiam vomitus, postquam morbus, ad majorem gradum p
vectus et peritonaei partem, quae tractum intestinalem obdu
corripuit.

Rheumatismus acutus, etiamsi est morbus gravissim
quantascunque molestias aegroto affert et multum per tem
domi et in lecto cum tenet, tamen, si bono tempore cum ag
cimus ac bene curamus, prospere evenit, nisi forte infla
mationes comitantes ita crescant, ut omni modo bonam d
gentemque medici morbum tollendi operam vanam redda
Plerumque febris rheumatica, omnino exculta, intra septem
quatuordecim dies, haud raro minori tempore decernitur
crises ei convenientes, et per sudorem modicum, aequabili
diffusum, et per urinam saturatam, quem quidem bonum mo
eventum dolores remittentes, somnus quietus et recreans, an
aegrotis maxime cruciatis, indicant. Dolores vero, etiam
diminuti per aliquod tempus adhuc remanent, iisque debili
quaedam ac articulorum rigor, horis vespertinis levis feb
conjuncta est, quae molestiae quoque post quatuor aut s
hebdomades evanescunt. Hoc tempore haud raro abscess
ulcera parva, exanthemata chronica animadvertuntur, int

dum quoque, dolore subito cessante, in regione inguinali, coxae et genu parvi lymphatici tumores, quibus natura critica tribuenda, exoriuntur. Quod ad exitum felicem in dissolutionem inter febrim et inflammationem rheumaticam magna et gravis est differentia, nam illa crisi vera, haec autem lysi se dissolvit.

Rheumatismi transitus in alium morbum aut ab febris natura aut ab affectionibus topicis, magis magisque se evolventibus, dependere potest; febris vero cum affectione locali tantum est conjuncta, ut raro modo exitum proprium adducere possit; hieme gravissima, cura perversa in inflammationem transire potest; tum turgescentia augetur, pulsus fit plenus, magnus et durus; ad febrim nervosam autem raro se vertit. Verae inflammationis exitus hepatisatio, suppuratio, gangraena rarissime sunt observati, sin autem intrarunt, natura rheumatica jam recesserat, et inflammationi primum locum tribuerat. Saepissime vero rheumatismo sublato status congestivus chronicus remanet, quum ex aegritudine una cum reactione diminuta in atmosphaerae impulsus debilitas quaedam et virium exhaustio restet, qua ex re ille humorum impetus atque magis minusve gravissimi frigore crescentes, calore decrescentes dolores exoriuntur. Eodem modo exsudationes serosae rheumatismum haud raro sequuntur et varias hydropis species efficiunt, si effusio seri intra musculorum et tendinum vaginas aut intra pleuram et musculos intercostales, denique intra musculos abdominis et peritonaeum intrat, tumorem non dolorificum, albidum, initio mollem et fluctuantem, postea elasticum invenimus, qui imprimis in genu animadvertitur (tumor albus). Bonnet *) casus alicujus mentionem facit, in quo serum adipi simile in musculis sit depositum. Hac ex re pseudomembranae, imo vero concretiones partium proximarum atque multae molestiae, ut anchyloses nascuntur. Inter nervorum neurilema et substantiam medullarem ex seri effusione tumore reperisse et ex rheumatismo exortos tumores in steatomata et sarcomata transiisse multi contendunt.

Hydrops articuli, hydarthros non est rarus rheumatismi

*) Bonnet, sepulc. anat. L. II. Sect. IV, obs. 50.

acuti exitus, qui tumore albo, molli, aequabiliter diffuso,
ex digiti pressu fovea remanente se distinguit, et genu
culum maxime invadit; non solum autem ex rheumatismo
etiam aliis ex causis, ut contusione, luxatione, distorsion
ex dyscrasiis, scrofulosi, rachitide, syphilitide, herpet
aliis se evolvit. Quod si malum in maximum gradum est
gressum, et ligamenta capsularia valde extendit, cutis et
tium vicinarum inflammatio, suppuratio et exulceratio arti
omnibus incommodis conjuncta, intrant. Plures sunt, qui
cretiones calci similes in articulis animadavertisse affe
quae autem formationes pathologicae multo rarius in rhe
tismo, quam in ei propinqua arthritide finguntur et cog
cuntur. In podagram rheumatismum exire posse J. L. Sch
lein credit, attamen in iis solum hominibus, qui majori a
versantur ac dispositionem hujus morbi ex majoribus acc
runt. Neuralgiae ex rheumatismo imprimis nervoso remane
secundum partes affectas inter se differunt; extremitatibus
dem affectis ischias, musculis dorsalibus, lumbago, faciei
culis, prosopalgia s. dolor faciei producitur. Miliaria r
matismo se jungens saepe observatur et J. L. Schoenl
dicit, si copiosus sudor putridi odoris erumpat, et nihilom
cutis calorem mordacem teneat, et aegroti de gravi oppress
pectoris periodica, formicatione digitorum et manus et p
querantur, miliariam intra viginti quatuor a quadraginta
horas prorumpere, certum haberi posse. Dyscrasiam rhe
ticam multi autores, inter eos M. E. A. Naumann, comm
rant, quam quidem hominibus actate provectis solum
buunt. Quae summa erga coeli mutationes sensibilitate, cutis
perie adaucta, et molestiis rheumaticis iterum iterumque rede
bus excellere dicitur; cutis tum ad sudorem procliva, tum s
urina magis minusve turbida ac valde acida esse fertur. (
dyscrasia totum systema seroso-fibrosum occupat, et, ut m
mala interna fingantur, favet. Rheumatismus peripse raris
exitum lethalem adducit, quum irritatio inflammatoria non
tum crescat, nisi organa interna metastasi (rheumatismo r
grado) uno ac violenter ut pericarditide et endocarditide
ripiuntur, quae affectiones plerumque repentina et copios
sudatione vitam in periculum mittunt. Diuturna aegrotat
vero, febri hectica, virium exhaustione, paralysi ex part

periphericis in centrales retrogrediente et miliaria recedente rheumatismus mortem adducere potest.

In cadaveribus dissecatis praeter jam supra commemorata aut musculos inter se et cute concretos, aut massam adipi similem, aut formationes fungosas, quarum Richter *) plures species communicavit, reperiemus.

Aetiologia.

Si multos homines, qui rheumatismo laborant, contemplamur, constitutionem quandam et organismi dispositionem rheumaticam negari posse non puto. I. L. Schoenlein talem ponit, et contendit, eam cute alba et tenui, ad sudorem inclinante se manifestare, homines autem, qui cutem rigidam et siccam habeant, multo rarius rheumatismo offendi; eodem tempore vir ille clarissimus **) in rem valde probandam animum nostrum attendit, in conditionem nempe retis Malpighi, cujus in propagatione rheumatismi geographica multum intersit. Dicit enim, rheumatismi frequentiam eodem modo se diminuere, quo cutis pigmentum augeatur; quo enim tenuior et albior sit hominum cutis, eo frequentiorem esse rheumatismum, quare saepissime in genere caucasico, rarius in mongolico, raro aut nunquam in aethiopico cognoscitur. Morbi successio in posteros, si ad rheumatismi praedispositionem conspicimus, bene consideranda neque rejicienda est; etiamsi a multis negata, tamen a Chomel, qui eam diligentissime observavit et laudavit, magis magisque verisimilis est reddita. Chomel enim inter septuaginta et duos rheumatismo laborantes, triginta et sex invenit, qui morbum hereditate acceperant, in duodecim aegrotis fuit in suspenso, qua ex observatione multum jam intelligere possumus, et Ballonii verba „ut bonorum hereditates, ita et morborum successiones ad po-

---

*) Richter, Chirurg. Bibl. Tom 10.

**) J. L. Schoenlein, spec. Path. et Therap. Tom. II. pg. 173.

steros perveniant" ad rheumatismum quoque pertinent. Corporis humani partes, quae imprimis debiles sunt, aut in statu irritato versantur, atque vim nocentem facillime percipiunt, primum ab rheumatismo affici videmus. Nonne ex eo etiam, quod jam Galenus monuit, dolores illi, qui post musculorum et tendinum nimiam extentionem, contusionem, vulnera et ossium fracturas per tantum tempus remanent et aegroto temporibus multas molestias adhibent, explicari possint? Debilitas, atonia partium, vires, quae dissolutioni membranarum favent, causae remotae affectionum rheumaticarum sunt habendae, quare curationes mercuriales, baluea tepida et frequentia, abusus potionum calidarum. Quod ad organa interna, M. Naumann contendit, hiemis temporibus pectoris membranas serosas, aestatis illas abdominis saepius huic morbo succumbere. Val. ab Hildenbrand *) putat, dispositionem morborum catharrhalium rheumatismum magis minusve exstinguere, quam rem statu tunicarum mucosarum irritato, earumque copiosa secretione, majore minoreve transpirationis defectu, cutis siccitate explicare studet. Praeterea apud homines adultos, qui temperamentum sanguineum, corporis constitutionem validam servant, praesertim apud viros morbum majorem se manifestare, minorem autem apud feminas excoli videmus.

Momentum excitans externum primum et maximum, omnibus autoribus consentientibus, proprius aëris status est habendus; quum temperatura celeriter mutatur, praesertim ex statu calidiori in frigidiorem transit, quum porro multum aquae aut fluidae aut vaporatae continet, rheumatismum saepissime exoriri videmus **). Talis aëris status auctumno ultimo se excolit, quare hoc tempore morbus non raro epidemice floret, sed etiam aestate conspicitur, quum tempestates aërem subito refrigerent et magnam temperaturae differentiam efficiant. Multum etiam frigus humidum valet, quare morbus rheumaticus tum saepissime animadvertitur, si tempestas subito nebulosa fit, itaque in regionibus cum coelo vario, in litore et fluminum oris, in vallibus humidis et ventis subjectis, morbus endemice floret. Quibus ex causis in cingulis terrae

*) Val. ab. Hildenbrand Instit. T. III. §. 1147.

**) J. L. Schoenlein. spec. Path. et Therap. T. II. p. 172.

temperatis rheumatismus maxime sedem suam tenet, rarius in regionibus aut polaribus aut tropicis.

Morbus existit quoque sporadice ex refrigerio, ex animi perturbationibus, ex neglecta recte vivendi ratione, secundum metastasium leges ex celerius sublatis febribus intermittentibus, diarrhoea, contusione, vulneribus; *) quod confirmat quoque J. H. F. Autenrieth et casum affert, **) ubi, osse tibiae fracto et fibulae capite luxato, dolores, rheumaticis similes, erant exorti. Jolly et Patissier narrant in puero, hirudinibus applicatis, rheumatico-nervosos insultus oriri se vidisse. Excretiònes et naturales et artificiales impeditae, amenorrhoea, secretio sublata lactis et lochiarum, fluxus haemorrhoidalis, dormire sub divo, habitare et in cubiculis humidis et in ima aedium parte causae occasionales sunt habendae.

Pathogenia.

Rheumatismus acutus jam pristinis temporibus notus erat, sed, quum non sagaciter et diligenter observatus ac distinctus sit, mox huic mox illi morbo adaequatus est, aut minime non satis strenue est separatus. Jam Hippocrates rheumatismum et arthritidem valde propinquos morbos habuit, et eo solum se distinguere putat, ut haec unum solum articulum, ille vero plures afficiat. Aretaeus***) rheumatismum acutum arthritidis speciem habuit eique nomen arthritidis migratoriae tribuit. Sydenham hoc modo rheumatismum describit „a rigore atque horrore orditur tragoedia, quos statim excipiunt calor, inquietudo, sitis et reliqua illa infelix symptomatum caterva, quibus stipantur febres. Elapso die uno alterove aeger atroci dolore, nunc in hoc nunc in illo artu infestatur, in carpis, hume-

---

*) Galenus, de diff. febri. L. II. cap. 15.

**) J. H. F. Autenrieth, Vers. für die prakt. Heilkunde. Tübingen 1807. Bd. 1. Heft 1. pag. 170.

***) Aretaeus, de caus. et sign. chron. lib. II. cap. 12.

ris, genubus praesertim; qui locum subinde mutans vicissim illos occupat rubore quodam, ab tumore in parte, quam postremum affecit, adhuc residuis etc." Fr. Hoffmann *) de rheumatismo et arthritide judicium valde singulare affert; dicit enim, unam ex sero salso, caustico pendere, alteram ex acrimonia quadam tartaro simili intra articulos secreta oriri.

Nec saeculorum praeterlapsorum medici de rheumatismi natura certa facta et judicia proferre potuerunt, nec nostrae aetati succedit, quamquam hic morbus vitae genere luxurioso nostri temporis multo frequentior est et medico occasionem affert, species tam varias observandi et comparandi, ad hujus mali naturam cognoscendam. Maxime vero est laudandum, Europam multos viros procreasse, quorum studium est, hunc morbum observare, ejusque naturam evolvere et ad certas rationes revocare. Nunc mihi sit permissum, hoc in meo opusculo gravissima nostrorum autorum doctissimorum judicia proferre et pervestigare.

Primum quaeritur, num sit rheumatismus inflammatio, nec ne, quod multi, inter quos Bouillaud nomino, contenderunt, sed tantidem fuerunt, qui hacce cum sententia non consenserint. Bouillaud, ut judicium suum confirmet, testimonia provocat symptomata inflammatoria, febrim gravem, utilitatem curationis antiphlogisticae, pericarditidem et endocarditidem, saepe orientem, quae complicationes, jam supra notatae, ex ejus judicio semper cum arthrorheumatismo sunt conjunctae; denique rheumatismum inflammationem esse hoc comprobari dicit, quod in cadaveribus dissecatis eorum, qui tumore albo rheumatico laboraverant, easdem mutationes reperiantur, quales in tumore albo traumatico conspicimus. Sin autem haec a Bouilland commemorata facta contemplamur et diligentius cognoscimus, profiteri debemus, symptomata inflammatoria esse valde dubia, quum haud raro desint; morbus inflammatorius enim semper semperque aperte se excolit et certam sedem sibi assumit, ad quam febris spectat; etiam partes inflammatae semper sectione non affirmantur, quum, etiamsi adfuit, tamen multis locis disparsa inveniatur et dubiam se manifestet. Sin

*) Fr. Hoffmann. Med. rational. system. T. III. Cap. 3.

rheumatismus est inflammatio, ex eo stadia propria et incrementi et acmes et decrementi postulare possumus, quae autem nemo hoc in morbo ostendere poterit. In ceteris morbis inflammatoriis febris et malum locale alterum pertinet ad alterum, quod in rheumatismo non fit, quum non raro accidat, ut dolores et affectiones topicae subito cedant, attamen febris eodem modo perduret. Contendi non potest, febrim inflammationis localis eventum sympathicum exoriri, sicut ex febri mali topici gravitatem colligere non possumus, quod imprimis febris rheumatica ostendit. Inflammationem esse rheumatismum eo negatur, quod nullus autor, excepto Bouillaud, nec in suppurationem nec in gangraenam morbi transitum observaverit. Chomel rheumatismum morbum sui generis habet, attamen profitetur arthritidi valde esse propinquum, atque solum sede paulum ab ea differe, etiam in utroque morbo eandem curam esse instituendam; idem arthritidem minores solum articulos, rheumatismum vero majores invadere, negat; eodem modo dicit, quo arthritis, articulorum rheumatismum quoque ex majoribus in posteros transire, subito sedem mutare et periodicos insultus vehementiores efficere; neque esse verum, divites et opulentos solum arthritide corripi, quum etiam in pauperibus morbum eum observaverit. Non arthritis solum digestionem perturbatam secum ducit, quum ex ejus judicio eodem mo d illa rheumatismum commitetur, et articulorum quoque concretiones inveniantur.

Stahl *) de rheumatismi natura proprium judicium statuit, quum molimen haemorrhagicum habeat, in quam sententiam dolores rheumaticis similes haemorrhagiis antecedentes fortasse eum induxerunt, sed neque antequam rheumatismus intravit, neque postquam evanuit organismus aliquam hujus morbi inclinationem praebebit.

S. G. Vogel **) seroso-fibrosi systematis inflammationem ex humorum acrimonia quadam prolicit. Etiamsi humo-

---

*) Stahl Theor. med. vera, pag. 60.

**) S. G. Vogel, Handbuch. T. II. pag. 145.

rum qualitas mutata reperiatur, haec per se inflammationis declarandae notionem sufficientem non exhibet; quot enim novimus dyscrasias, quae minime inflammationem progignunt?

Val. ab Hildenbrand *) rheumatismum alio modo oriri opinatur; causam enim quaerit in sublata corporis humani et atmosphaericae electricitatis aequabilitate, quocum consentit I. L. Schoenlein, qui electricitatem cutis mutatam accusat. Vir enim ille clarissimus affert **), in statu normali cutem semper electricitatem ex processu vitali orientem proferre, quae sit tum positiva tum negativa, et varietur prout varie influant res externae et internae; in rheumatismo autem cutem ipsam electricitatem non progignere et isolare electricitatem, interne productam, quum antea eam produxerit; qua re electricitas sub cute se accumulet necesse esse et causam fieri dolorum illorum rheumatismo peculiarium et hydropis in hoc morbo tam facile orientis. Hac sententia nisus Schoenlein factum, quod omnes concedunt, exponere studet, homines, quorum rete Malpighi multum pigmenti fusci contineat, raro ab rheumatismo invadi, saepius autem eos, qui habeant cutem tenuem atque albidam, quod ex eo proficiscatur, quod carbo, quem pigmentum continet, fluidi electrici idoneus sit conductor, quod factum quoque rheumatismi extensio geographica explicare possit.

Baumgärtner *) hocce judicium de rheumatismi evolutione commemorat. Quum cutis et membranae serosae fibrosaeque musculos, tendines et articulos investantes, ratione e[t] consensuali et antagonistica, conjunctae sint, causis rheumatismi occasionalibus propria cutis functione depressa, in membranis serosis antagonistica et aegrota actio excitatur atque e[o] fit, ut irritatio inflammatoria, id est inflammatio serosa, oriatur. Si cutis, stagnatione inflammatoria exorta, iterum ad priore[m]

---

*) V. ab Hildenbrand, Instit. T. IV. pag. 1162.

**) J. L. Schoenlein, spec. Path. et Therap. T. II. pag. 170.

***) Baumgaertner, spec. Path. et Therap. 2. Aufl. 1837. Bd. [1] pag. 386.

functiones revertit, ejus secretio valde augetur, quod sudores copiosi ostendunt, sed ex eo necesse esse non sequitur, ut inflammatio statim se dissolvat, qua re sub copiosis sudoribus affectio rheumatica per multum tempus adhuc perdurare potest.

Roche rheumatismum hyperoxydatione sanguinis evolvi putat, quod observavit in hominibus rheumatismo saepe affectis, cutem esse valde rubefactam, atque vasa capillaria omni labore, animi motu, radiis solis impellentibus facile se implere. Talibus in hominibus sanguinem nimium oxygenii tum inpulmonum tum in cutis superficie excipere credit, quum sanguis in vasis capillaribus magis expansis, majorem oxygen quantitatem attingat et excipiat, et hocce modo majorem vim excitantem, quam in aliis hominibus impetret. Sanguinem vero per cutem oxygenium adipisci posse, Roche testimonia affert experimenta ab Spallanzani, Vauquelin, Edwards et aliis instituta et ex eo horum hominum cutis sensibilitatem adauctam et majorem proclivitatem frigoris percipiendi demonstrare studet.

J. Ch. A. Clarus *) sententiam affert, quae non plane quidem rejicienda, in nonnullis autem locis, quum rheumatismum inflammationibus adnumeret, supra jam commemorato refutari videtur; vir ille enim putat, in systemate membranarum seroso-fibrosarum rheumatismum idem esse, quod in systemate membranarum mucosarum catarrhus. Simul in apparatu seroso-fibroso circulatio aut localis aut universa ita est aucta, ut vasibus debilitatis in stagnationem transire incipiat, inflammatio, quam refrigerium movere potest, oritur, quum vasibus subcutaneis constrictis accumulatio in membranis seroso-fibrosis exoriri debeat. Qui status, quum ad stagnationem inflammatoriam prope accedat, transpiratione, spasmo cutaneo soluto, profusa, tamen tarde sensimque ad integrum redire potest. Qua re nisus naturam dyscrasiae rheumaticae evolvere studet, quum sanguine in membranis et serosis et fibrosis saepius stagnante, particulis vitalibus absumtis, universa sanguinis qualitas mutari incipiat. Qua cum re experimenta a Beynard instituta consentiunt, ex quibus elucet, in urina rheu-

*) J. Ch. A. Clarus, Anal. d. clin. Instit. T. I. Abt. 2. p. 167.

matismo laborantium esse salis vulgo observati partem tricesimam.

Nunc liceat mihi, praeceptoris mei spectatissimi M. E. A. Naumann de hujus morbi natura judicium proferre. Eo auctore rheumatismus inflammatio quidem non habendus, sed partium serosarum et fibrosarum habitus, qui inflammationi quidem propinquus est, imo vero in phlegmonodem inflammationem transire potest, et inflammationis verae et congestionis medium tenet. Rheumatismus, ut jam supra notavimus, sedem sibi parat systema fibrosum, musculorum vaginam, tendines, articulorum capsulas, et eodem modo vaginas vasorum et nervorum, quum cetero systemati fibroso semper conjunctae sint, continet. Quum fibrosum systema seroso valde propinquum, multisque locis cum eo sit conjunctum, in affectione prioris simul hoc aut sympathia aut contactu una patietur, et, quum organum secretionis sit, immediata et celeri derivatione impediet, quominus status irritatus in inflammationem transeat. Hunc rheumatismi characterem, irritationem inflammatoriam, multum valere ad ejus naturam fugacem explicandam censeo; quum enim certa sedes inflammationis desit, tum in hac tum in illa apparatus seroso-fibrosi parte irritatio major apparebit, atque tali modo in partibus quasi huc et illuc undat. Quibus rebus rheumatismus tum erit gravissimus, si unum certum locum tenere ibique se evolvere potest, tum quoque solum in inflammationem phlegmonodem, quod arthrorheumatismus ostendit, transire potest. Utrum sit rheumatismus cum febri conjunctus, nec ne, pendit ex eo, quo primum procedat, sin enim subito, magna vi oritur, aequabilitas functionum perturbata, et tunica systematis vasculosi fibrosa una correpta est, febris adsit, necesse est. Si irritatio sensim sensimque procedit, functiones aequabiles servari et permanere aut reactione adaucta restitui possunt; tum febris non aderit, aut certe non vehementer decurret, cujus rei exemplum rheumatismus apyreticus, non febrilis recens praebet. Si concedimus, rheumatismi naturam esse congestionem aut irritationem inflammatoriam, nonne tum ex eo colligere liceat, in organismi humani partibus ab congestione anomali correptis dolores rheumaticos facillime oriri posse? Qua opinione fretus, dolores rheumaticis tam similes, qui in vulneribus, ulceribus et cicatricibus sen-

tiuntur, si coelum mutatur, explicare audeam, priusquam enim sensu ab aliis percipitur, coelum se mutaturum esse, ab hominibus tali quodam malo laborantibus in partibus illis jam antea sentitur, quare ab hominibus profanis calendarii nomen iis attributum est.

Prognosis.

Rheumatismus acutus iis morbis adnumerari potest, qui omnino prognosi bona fruuntur, quum rheumatismus, valde dolorificus, aegrotum magis cruciet, quam periculum ei paret, imprimis si minus graves partes corripuit. Dubitari quidem non potest, quin hic morbus saepissime vitae maximum periculum adducat, tum complicationibus suis, tum diuturno decursu, quo vires facillime exhauriuntur, tum morbi exitu, quum chronici, insanabiles etiam articulorum morbi, ut anchyloses spuriae, non raro sequantur, tum quoque, quum aegrotus saepissime per longum tempus in lecto retineatur, et dolores gravissimi, collapsus virium, febris inflammatoriae transitum in nervosam efficiant, qualem exitum rheumatismus articulorum facillime adducere potest. In rheumatismo est prognosis omnino statuenda secundum aegroti constitutionem, quum homines cute tenui, valde vulnerabili, cum corpore robusto sint in majore periculo, quam debiles, minorem sanguinem ducentes. Quantam corporis partem rheumatismus corripuerit, est magni momenti, quum extremitatibus solum affectis prognosis sit bona, vertebrarum autem articulationibus morbo correptis pejor, eodem modo, si febris majorem intensitatem accepit. Jam supra notavi, inflammationes organorum internorum facillime rheumatismo se aggregare, prognosin mutare ac pejorem reddere, imprimis meningitidem, arachnoitidem et pericarditidem. Tales metastases praecipue per noctem intrant, quum hoc tempore febris sit fortior et gravior, atque tum, exsudatione tunicarum serosarum celeriter orta, tantum periculum afferunt. Summo jure S u n d e l i n *) contendit, harum metastaticarum

---

*) Sundelin, Horns Archiv 1824. Heft 3.

inflammationum malignitatem non ex natura asthenica, sed magi ex intensitate et extensitate pendere. Utrum affectiones unum lo cum servent, necne, utrum se mutent, an non mutent, est magn momenti; symptoma malum est, si urina diminuitur, si tun turbida est tum fusca et rubra, sudores locales intrant, pul sus est frequentior, cutis calor augetur et miliaria evolvitur quae symptomata exitum valde dubium indicant. Eodem mod timenda sunt, hydrops, delirium, lingua sicca et fusce ob tecta, convulsiones musculorum et faciei et extremitatum. S rheumatismus saepius recidit, aut non bona curatio adhibetur molestias chronicas et difficile tollendas haud raro procedere videmus; ex gravissimis doloribus, febri valde adaucta transi tus in febrim nervosam saepe est observatus. Hiemali tem pore, quo natura inflammatoria praevalet, sicuti aestate, qu complicatio gastrica facile exoritur, morbus est pertinacissi mus. Omnium rheumatismi specierum arthrorheumatismus pes simam prognosin poscit, meliorem in febri rheumatica statuere licet.

VITA.

Fridericus Eduardus Guilelmus Ahrens natus sum die XXVII. mens. Julii anni MDCCCXVI Essendiae, provinciae Rhenanae urbe, patre Carolo Augusto Ahrens, quem mihi ante novem annos morte obreptum valde lugeo, matre Sophia e gente Plange, quam adhuc incolumem summa pietate veneror. Confessioni evangelicae addictus sum. Primis literarum elementis imbutus gymnasium Essendiense, quod rectore Savels floret, per octo annos frequentavi. Anno MDCCCXXXV Berolinum me contuli, ubi civibus regiae academiae medico-chirurgicae adscriptus sum, quod autem institutum relinquens anno MDCCCXXXVI rectore t. t. magnifico Heffter inter hujus almae universitatis civium academicorum numerum receptus, a decano t. t. specta-

bili Wagner facultati medicae adscriptus sum. Per quatuor semestria hosce celeberrimos et illustrissimos viros de re medica disserentes audivi:

Cel. Wolff sen., de hodegetice, logice e psychologia; Ill. Link, de botanice, historia natu rali et toxicologia; Cel. Turte, de physice e pharmacia; Ill. Mitscherlich, de chemia; Ill Schlemm, de osteologia, syndesmologia, splanchnologia; Ill. Mueller, de anatomia et univers et organorum sensuum, atque de physiologia; in art cadavera rite secandi, Ill. Mueller et Schlemm duces mihi fuere; Cel. Mitscherlich, de mate ria medica.

Vere anni MDCCCXXXVII universitatem Rhenanam petii, ibique a rectore magnifico Wut zer numero civium academicorum adscriptus unum annum scholas virorum illustrissimorum et cele berrimorum hasce frequentavi.

Pathologiam et therapiam specialem Ill. Nau mann me docuit; therapiam generalem, doctrinam de morbis psychicis et de educatione medici mih tradidit Ill. Nasse; chirurgiam, anatomiam chi rurgicam, akiurgiam et oculorum morbos Ill. Wut zer, artem obstetriciam Ill. Kiliam me docui

In exercitationibus clinicis chirurgicis Ill. Wutzer dux mihi fuit.

Anno MDCCCXXXVIII ad hanc almam musarum sedem regressus a rectore t. t. magnifico Boekh inter cives academicos receptus, a. decano t. t. spectabili Wagner facultati medicae adscriptus sum. Hoc tempore anatomiam pathologicam Ill. Mueller me docuit. Excercitationibus clinicis interfui, medicis, Ill. Wolff jun. Ill. Truestedt, Ill. Wagner, clar. Barez; chirurgicis, Ill. Rust, Ill. de Graefe. Quibus viris, illustrissimis et praestantissimis optime de me meritis gratias, quam maximas ago.

Tentaminibus et philosophico et medico, nec non examino rigoroso rite absolutis, dissertatione thesibusque defensis, spero fore ut summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

THESES.

I. *Scrofulosis et rachitis non sunt diversi morbi.*

II. *Icterus non est morbus, sed morbi symptoma.*

III. *Partum praematurum artificialem instituere, me*
licet.

IV. *Trepanatia cura solum prophylactica.*